

# Domingo de la semana II del salterio

## Primeras Vísperas

### Invocación inicial

Deus, in adiutorium meum  
intende.

Dómine, ad adiuvándum me  
festína.

Gloria Patri, et Fílio, et Spirítui  
Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc,  
et semper,  
et in saecula saeculorum.  
Amen. Aleluya.

*Dios mío, ven en mi auxilio.*

*Señor, date prisa en  
socorrerme.*

*Gloria al Padre, y al Hijo, y al  
Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora  
y siempre,  
por los siglos de los siglos.  
Amén. Aleluya.*

### Himno

1. Rerum, Deus, fons ómnium,  
qui, rebus actis ómnibus, totíus  
orbis ámbitum censu replesti  
múnerum.

*Oh Dios, fuente de todo, quien,  
tras crear todas las cosas,  
colmaste la redondez del orbe  
con la suma de tus dones.*

2. Ac, mole tanta cóndita,  
tandem quiétem díceris  
sumpísse, dans labóribus  
ut nos levémur grátius.

*Y, fundada tan grande obra,  
se dice que al fin descansaste,  
dándonos así más dulce alivio  
en medio de las fatigas.*

3. Concede nunc mortálibus  
deffére vítae crímina, instáre  
iam virtútibus et munerári  
prósperis.

*Concede ahora a los mortales  
llorar los pecados de su vida,  
aplicarse a las virtudes y gozar  
de prosperidad.*

4. Ut cum tremendi iúdicis  
horror supremus coéperit,  
laetémur omnes ínvicem pacis  
repléti múnere.

*Para que, cuando llegue el  
horror final ante el juez temible,  
todos nosotros nos alegremos  
colmados con tu paz.*

5. Praesta, Pater piússime,  
Patrique compar Únice, cum  
Spíritu Paráclito regnans per  
omne saeculum. Amen.

*Concédelo, Padre piadosísimo,  
y tú, Único igual al Padre, que  
con el Espíritu Paráclito reinas  
por los siglos todos. Amén.*

### **Antífona 1 (salmo 12, 4)**

Illúmina óculos meos, Dómine.

*Da luz a mis ojos, Señor.*

### **Salmo 118, 105-112**

Lucerna pedibus meis verbum  
tuum et lumen semitis meis.  
Iuravi et statui custodire iudícia  
iustítiae tuae.

*Lámpara es tu palabra para mis  
pasos, luz en mi sendero.  
lo juro y lo cumpliré: guardaré  
tus justos mandamientos;*

Humiliatus sum usquequaque,  
Domine; vivifica me secundum  
verbum tuum.

*¡Estoy tan afligido! Señor,  
dame vida según tu promesa.*

Voluntaria oris mei beneplacita  
sint, Domine, et iudicia tua  
doce me.

*Accepta, Señor, los votos que  
pronuncio, enséñame tus  
mandatos;*

Ánima mea in mánibus meis  
semper, et legem tuam non sum  
oblitus.

*Mi vida está siempre en peligro,  
pero no olvido tu ley,*

Posuérunt peccatores láqueum  
mihi, et de mandatis tuis non  
erravi.

*los malvados me tendieron un  
lazo, pero no me desvié de tus  
mandatos.*

Heréditas mea testimonia tua in aeternum, quia exsultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas iustificatiónes tuas in aeternum, in finem.

*Tus preceptos son mi herencia perpetua, la alegría de mi corazón;*

*inclino mi corazón a cumplir tus decretos, siempre y cabalmente.*

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum. Amen.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.*

### **Antífona 1 (salmo 12, 4)**

Illúmina óculos meos, Dómine.

*Da luz a mis ojos, Señor.*

### **Antífona 2 (salmo 15, 1)**

Conserva me Dómine, quoniam in te speravi.

*Protégeme, Dios mío, que me refugio en ti.*

### **Salmo 15**

Conserva me, Deus, quoniam speravi in te.

*Protégeme, Dios mío, que me refugio en ti.*

Dixi Domino: «Dominus meus es tu, bonum mihi non est sine te».

*Yo digo al Señor: «Tú eres mi Dios». No hay bien para mí fuera de ti.*

In sanctos, qui sunt in terra, inclitos viros, omnis voluntas mea in eos.

*En los santos que hay en la tierra, varones insignes, pongo toda mi complacencia.*

Multiplicantur dolores eorum, qui post deos alienos acceleraverunt.

*Se multiplican las desgracias de quienes van tras dioses extraños.*

Non effundam libationes eorum  
de sanguinibus neque assumam  
nomina eorum in labiis meis.

Dominus pars hereditatis meae  
et calicis mei: tu es qui detines  
sortem meam.

Funes ceciderunt mihi in  
praeclaris; insuper et hereditas  
mea speciosa est mihi.

Benedicam Dominum, qui  
tribuit mihi intellectum;  
insuper et in noctibus  
erudierunt me renes mei.

Proponebam Dominum in  
conspectu meo semper;  
quoniam a dextris est mihi, non  
commovebor.

Propter hoc laetatum est  
cor meum, et exultaverunt  
praecordia mea; insuper et caro  
mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques  
animam meam in inferno nec  
dabis sanctum tuum videre  
corruptionem.

Notas mihi facies vias vitae,  
plenitudinem laetitiae cum  
vultu tuo, delectationes in  
dextera tua usque in finem.

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui  
Sancto.

Sicut erat in princípío, et  
nunc, et semper, et in saécula  
saeculorum. Amen.

*Yo no derramaré sus libaciones  
con mis manos, ni tomaré sus  
nombres en mis labios.*

*El Señor es el lote de mi heredad  
y mi copa, mi suerte está en tu  
mano.*

*Me ha tocado un lote hermoso,  
me encanta mi heredad.*

*Benediciré al Señor que me  
aconseja, hasta de noche me  
instruye internamente.*

*Tengo siempre presente al  
Señor, con él a mi derecha no  
vacilaré.*

*Por eso se me alegra el corazón,  
se gozan mis entrañas, y mi  
carne descansa esperanzada.*

*Porque no me abandonarás  
en la región de los muertos  
ni dejarás a tu fiel ver la  
corrupción.*

*Me enseñarás el sendero de la  
vida, me saciarás de gozo en tu  
presencia, de alegría perpetua a  
tu derecha.*

*Gloria al Padre y al Hijo, y al  
Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora  
y siempre, por los siglos de los  
siglos. Amén.*

## Antífona 2 (salmo 15, 1)

Conserva me Dómine, quoniam  
in te speravi.

*Protégeme, Dios mío, que me  
refugio en ti.*

## Antífona 3 (Sabiduría 10, 14. Eclesiástico 15, 6)

Dedit illi Dóminus claritátem  
aeternam, et nómine aeterno  
hereditavit illum.

*Le concedió el Señor una gloria  
eterna, y un nombre eterno  
recibirá en herencia.*

## Cántico (Filipenses 2, 6-11)

Christus Iesus, cum in forma  
Dei esset, non rapínam  
arbitrátus est esse se aequalem  
Deo,  
sed semetípsum exinanívit  
formam servi accípiens, in  
similitúdinem hóminum factus.

*Cristo Jesús, siendo de  
condición divina, no retuvo  
ávidamente el ser igual a Dios;*

*Al contrario, se despojó de sí  
mismo tomando la condición de  
esclavo, hecho semejante a los  
hombres.*

Et hábitu inventus ut homo,  
humiliávit semetípsum factus  
obdiens usque ad mortem,  
mortem autem crucis.

*Y así, reconocido como hombre  
por su presencia, se humilló a sí  
mismo, hecho obediente hasta la  
muerte, y una muerte de cruz.*

Propter quod et Deus illum  
exaltávit et donávit illi nomen,  
quod est super omne nomen,  
ut in nómine Iesu omne  
genu flectátur caeléstium et  
terréstrium et infernórum,  
et omni lingua confiteátur:  
Dóminus Iesus Christus!, in  
glóriam Dei Patris.

*Por eso Dios lo exaltó  
sobre todo y le concedió el  
Nombre-sobre-todo-nombre;  
de modo que al nombre de Jesús  
toda rodilla se doble en el cielo,  
en la tierra, en el abismo,  
Y toda lengua proclame:  
Jesucristo es Señor, para gloria  
de Dios Padre.*

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum. Amen.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al Espírítu Santo.*

*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.*

### **Antífona 3 (Sabiduría 10, 14. Eclesiástico 15, 6)**

Dedit illi Dóminus claritátem aeternam, et nómine aeterno hereditavit illum.

*Le concedió el Señor una gloria eterna, y un nombre eterno recibirá en herencia.*

### **Lectura breve (Colosenses 1, 2b-6a)**

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro. Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu et dilectionem, quam habetis in sanctos omnes, propter spem, quae reposita est vobis in caelis, quam ante audistis in verbo veritatis evangelii, quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est fructificans et crescens, sicut et in vobis.

*Gracia y paz a vosotros de parte de Dios, nuestro Padre. Damos gracias a Dios, Padre de nuestro Señor Jesucristo, orando siempre por vosotros, al tener noticia de vuestra fe en Cristo Jesús y del amor que tenéis a todos los santos, a causa de la esperanza que os está reservada en los cielos y de la que oísteis hablar cuando se os anunció la verdad del Evangelio de Dios, que llegó hasta vosotros. Este sigue dando fruto y propagándose por todo el mundo como ha ocurrido también entre vosotros.*

## Responsorio breve

A solis ortu usque ad occasum,  
laudábile nomen Dómini.

*De la salida del sol hasta el  
ocaso, alabado sea el nombre del  
Señor.*

A solis ortu usque ad occasum,  
laudábile nomen Dómini.

*De la salida del sol hasta el  
ocaso, alabado sea el nombre del  
Señor.*

Super caelos gloria eius.  
Laudábile nomen Dómini.

*Su gloria sobre los cielos.  
Alabado sea el nombre del  
Señor.*

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui  
Sancto.

*Gloria al Padre, y al Hijo y al  
Espíritu Santo.*

A solis ortu usque ad occasum,  
laudábile nomen Dómini.

*De la salida del sol hasta el  
ocaso, alabado sea el nombre del  
Señor.*

## Antífona para el Magníficat (cf. Mateo 4, 23; 8, 2-3)

Cum circumíret Iesus in  
Galilaéa, ecce leprosus véniens  
adorábat eum dicens:

*Quando Jesús recorría Galilea,  
se le acercó un leproso, se  
arrodilló y le dijo:*

Dómini, si vis, potes me  
mundare.

*«Señor, si quieres, puedes  
limpiarme».*

Et exténdens manum, tétigit  
eum dicens: Volo, mundare.

*Y extendiendo la mano, lo  
tocó diciendo: «Quiero, queda  
limpio».*

## Magníficat

Magníficat ánima mea  
Dóminum,  
et exsultávit spíritus meus in  
Deo salutári meo,  
quia respéxit humilitátem  
ancillae suae. Ecce enim ex  
hoc beátam me dicent omnes  
generatiónes,

*Proclama mi alma la grandeza  
del Señor,  
se alegra mi espíritu en Dios, mi  
salvador,  
porque ha mirado la humildad  
de su esclava. Desde ahora  
me felicitarán todas las  
generaciones,*

quia fecit mihi magna, qui  
potens est, et sanctum nomen  
eius,  
et misericórdia eius a progénie  
in progénies tíméntibus eum.

*porque el Poderoso ha hecho  
obras grandes en mí: su nombre  
es santo,  
y su misericordia llega a  
sus fieles de generación en  
generación.*

Fecit poténtiam in bráchio suo,  
dispérsit supérbos mente cordis  
sui;  
depósuit poténtes de sede et  
exaltávit húmiles;  
esuriéntes implévit bonis et  
dívites dimísit inánes.

*Él hace proezas con su brazo:  
dispersa a los soberbios de  
corazón,  
derriba del trono a los poderosos  
y enaltece a los humildes,  
a los hambrientos los colma de  
bienes y a los ricos los despide  
vacíos.*

Suscépit Israel púerum suum,  
recordátus misericórdiae suae,  
sicut locútus est ad patres  
nostros, Abraham et sémini eius  
in saécula.

*Auxilia a Israel, su siervo,  
acordándose de su misericordia  
-como lo había prometido a  
nuestros padres- en favor de  
Abrahán y su descendencia por  
siempre.*

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui  
Sancto.  
Sicut erat in princípío, et  
nunc, et semper, et in saécula  
saeculorum. Amen.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al  
Espíritu Santo.  
Como era en el principio, ahora  
y siempre, por los siglos de los  
siglos. Amén.*

## **Repetición de la antífona para el Magníficat.**

### **Preces, Pater noster y Oración**

### **Conclusión**

Benedicámus Dómino.  
Deo grátias.

*Bendigamos al Señor.  
Demos gracias a Dios.*